

quibus adde pro tertio anno $\frac{1}{10}$ totius aggregati & fit 133 $\frac{1}{10}$, & ita pro quarto anno adde $\frac{1}{10}$ partem hent 146 $\frac{4}{10}$, & ita vides quod redditus iungitur capitali, & quod plus crescit census quam in simplici redditu fit etiam hic redditus ad caput mensium eodem modo, sicut ad caput anni.

3 Recompensatio autem fit cum ille qui dat pecunias vtitur re aliquâ debitoris, vt pote domo illius aut persona, secundo cum Creditor exigit pecunias ante tempus, veluti in primo exemplo do 100.aureos recompensandos ad 10.pro 100.in quolibet anno, ex domo tua quam possideo, & fient ut dicimus anno primo aurei 90. $\frac{10}{11}$. Exemplum secundi debeas mihi aureos 300. in capite anni venio & dico si dederis nunc recompensabo 10.per 100.& est dicere dabis mihi tantum, quod si acciperes à me pro uno anno ad 10. pro 100. solueres capitale, tunc igitur dabis aureos 272 $\frac{8}{11}$, & hoc est quia si darem tibi aureos 272. $\frac{8}{11}$, ad 10. pro 100. in anno tunc deberes mihi aureos 300. præcisè in capite anni, igitur recompensando ad 10. pro 100. reuertentur aurei 300.ad 272 $\frac{8}{11}$, est autem recompensatio duplex vna simplex, Et opponitur simplici redditui siue merito, alia ad caput anni & opponitur redditui ad caput anni, simplex est cum capitale decrescit opposito modo auctioni simplici per terminos in proportionalitate positos, veluti auction simplex ad 10. pro 100. fit ad 110. in primo anno, igitur duc 100. in se fit 10000. diuide per 110. exit 90. $\frac{10}{11}$, in secundo autem anno 100. fieret 120. igitur duc 100. in se fit 10000. diuide per 120. exit 83 $\frac{1}{3}$, & ita de reliquis: in recompensatione autem ad caput anni est decrementum oppositum auctioni ad caput anni, duc igitur 100. in se & productum diuide per augmentum & proueniet recompensatio, veluti 100. in primo anno fit 110.& ideo in recompensatione fit 90. $\frac{10}{11}$, vt in simplici, pro secundo annum anno 100. fit 121. vt dictum est duc 100. in se fit 10000. diuide per 121. exit 82 $\frac{7}{11}$, & ita regula generalis est in utraque, quod redditus designat recompensationem, suæspeciei.

4 Alia regula est quod sicut in redditu ad caput anni magis augetur capitale, ita in recompensatione ad caput anni magis minuitur capitale quam in simplici recompensatione, patet ex dictis. Si igitur quis dicat recompensa mihi 100. libras simpliciter ad 10. pro 100. in 5. annis, tunc quod in dicto simplici 100. lucratur 50. ad 10. pro 100. in annis 5. duc 100. in se fit 10000. diuide per 150. exit 66. $\frac{2}{3}$, & tot fient: Si autem dicat recompensa ad caput anni, tunc promerere ad caput anni fiunt 161. $\frac{15}{1000}$ duc 100. in se fiunt 10000. diuide per 161 $\frac{15}{1000}$ exiunt 62 $\frac{749}{500000}$.

5 Et ideò nota tria primum quod in merito composito siue ad caput anni duplci via vti possumus vel via unitatis vt dictum est, vel vt mercatores faciunt facere tabulas mariti usque ad annos 20. pro singulis meritis, incipiendo a $\frac{1}{2}$ pro 100. & procedendo usque ad 40. pro 100. & tabulae fiunt vt plurimum ad 10. usque distinctæ, deinde à

Tabula decima meriti ad 5. pro 100.
anni 1 2 3 4

libra	1.	2.	3.	4.
1.	1.	1.	1.	1.
2.	2.	2.	2.	2.
3.	3.	3.	3.	3.
4.	4.	4.	4.	4.
5.	5.	5.	5.	5.
6.	6.	6.	6.	6.
7.	7.	7.	7.	7.
8.	8.	8.	8.	8.
9.	9.	9.	9.	9.
10.	10.	10.	10.	10.
11.	11.	11.	11.	11.
12.	12.	12.	12.	12.
13.	13.	13.	13.	13.
14.	14.	14.	14.	14.
15.	15.	15.	15.	15.
16.	16.	16.	16.	16.
17.	17.	17.	17.	17.
18.	18.	18.	18.	18.
19.	19.	19.	19.	19.
20.	20.	20.	20.	20.
21.	21.	21.	21.	21.
22.	22.	22.	22.	22.
23.	23.	23.	23.	23.
24.	24.	24.	24.	24.
25.	25.	25.	25.	25.
26.	26.	26.	26.	26.
27.	27.	27.	27.	27.
28.	28.	28.	28.	28.
29.	29.	29.	29.	29.
30.	30.	30.	30.	30.
31.	31.	31.	31.	31.
32.	32.	32.	32.	32.
33.	33.	33.	33.	33.
34.	34.	34.	34.	34.
35.	35.	35.	35.	35.
36.	36.	36.	36.	36.
37.	37.	37.	37.	37.
38.	38.	38.	38.	38.
39.	39.	39.	39.	39.
40.	40.	40.	40.	40.

10. ad 20. sufficit una tabula, & ita a 20. ad 30. una tabula, ponuntur autem redditus in fronte tabulae, & anni usque ad 20. superius, & pecuniae usque ad 10000. lateraliter ita quod usque ad 10. distinguuntur librae, deinde à 10. usque ad 100. procede per 10. & à 100. usque ad 1000. per centena, à mille usque ad 10000. per 1000. & Exemplum unum tale est quale vides meritum procedit à $\frac{1}{2}$ usque ad 10 per auctionem $\frac{1}{2}$, deinde ad 40. per decennas, Anni vero usque ad 20. librae usque ad 10000. & in area primo ponuntur librae, deinde asse, vel solidi, ultimo nummi. Exemplum volo scire libras 3. in annis 3. ad 5. pro 100. ad caput anni. quot fient & inuenies in directo earum sub 3. annis in hac tabella libras 3. solidos 9. nummos 5. & ita faciliter operantur sola indigentes aggregatione, secundo nota quod in merito simplici non indiges tabulis, sed operare per unitatem, tertio quod in simplici redditu, menses computantur pro parte anni, velut dedi 100.aureos pro annis 3. & mensibus 6. ad 10. pro 100. reddet igitur aureos 135. Videlicet 100. pro capitali & 30. pro annis tribus, & 5. pro 6. mensibus.

Nota autem quod in merito ad caput anni si adsint menses operaberis per recompensationem simplicem, & in recompensatione ad caput anni per meritum simplex, utique hoc pateat intellige, quod si ego accipio à te & aureos 100. vt restituam infra annos 3. & dem tibi 20. pro 100. ad caput anni deinde ex voluntate partium vis recipere in annis 2. mensibus 6. tunc certum est quod pro anno primo debentur aurei 20. pro secundo 24. pro tertio $28\frac{4}{5}$ igitur si tenuissem annis 3. fuisset debitum aureorum $172\frac{4}{5}$, cum capitali, si autem tenuissem annis 2. debitum fuisset tantum 144. in mensibus autem 6. debitum esset aurei $14\frac{2}{5}$, videlicet medietas totius anni, in eo autem tempore non tenerer nisi reddere aureos 144. non autem illos $14\frac{2}{5}$, quia dato quod teneam capitale pro aliis sex mensibus ultimis, non soluam nisi alios $14\frac{2}{5}$ in fine tertij anni, igitur prima medietas est mihi debita usque ad finem anni, si igitur numero eam ante menses 6. debet recompensari, & hoc est quia redditus est ad caput anni, quo meritum lucrat, sicut igitur accipiendo capitale ante tempus